



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cursus Theologiæ Polemicæ Universæ

Pichler, Vitus

Augustæ Vindelicorum, Anno MDCCXIII.

Art. V. De Extrema Unctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39374

ARTICULUS V.

De Extrema Unctione.

SUMMARIUM.

Quae sit Materia, Forma, Minister, Suscipiens, & Effectus Extremæ Unctionis.

Sciendum ex dictis de Sacramentis in genere, Extremam Unctionem esse verum & propriè dictum Novæ Legis Sacramentum. Dicitur *Extrema*, quia non nisi in extremo vite articulo graviterque decumbentibus confertur. *Eius materia remota* est oleum benedictum ab Episcopo, *proxima* verò est unctio certarum corporis partium. *Forma* est oratio deprecatoria, quam Ecclesia defacto his verbis exprimi jubet: per istam sanctam unctionem, & futam piissimam Misericordiam, indulget tibi Deus, quidquid deliquisti per visum &c. *Minister* est Sacerdos. *Suscipiens* debet esse Christianus graviter ægrotans; non tamen infans aut perperuò amens; quia isti non habent reliquias peccatorum, ad quas tollendas præcipue institutum est hoc Sacramentum. Quippe *Effectus* est duplex, unus conserre augmentum gratiæ sanctificantis & abstergere reliquias peccatorum, si adit debita dispositio suscipientis, alter conferre gratias actuales, quibus confor-

tatur æger ad ultimam luctam, cāmque periculosisssimam cum diabolo, in hoc terum articulo, abstergere corporē & anxietatem animi, atque etiam si animæ expediā vita longior, conferre sanitatem corporis. Constant hæc ex epist. S. Jacobi c. 5. Præcipiuus igitur effectus est, & infallibilis, ac absolute promissus conferre *augmentum* gratiæ sanctificantis; nam Extrema Unctio est Sacramentum vivorum, jam supponens statum gratiæ in Suscipiente: per accidens tamen conferre etiam potest *primam* gratiam sanctificantem, & delere peccatum mortale, si nempe æger velignoret, se esse in peccato mortali, vel propter defectum virium aut rationis confiteri nequeat & absolvī; modò tamen præcesserit aliqua atritio, quæ præsumitur de Catholicis repentino periculo oppressis. Voluit igitur Deus per hoc Sacramentum specialiter consulere ad mortem decumbentibus, & corporis animique viribus desitutis.

R. P. Pichler Theol. Polémica.

M m m m ARTI-